



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructorii Conscientiæ R. P. F. Lvdovici Lopez Ordinis Prædicatorvm ...

In qua reliquæ materiæ quæ ad Instructionem Conscientiæ pertinent ex
Orthodoxis Ecclesiæ iudiciis & scholasticorum Theologorum, tum
Iurisconsultorum resolutionibus scitu perutiles latè & copiosè disputantur

López, Luys

Lvgdvni, 1588

De testibus, & alijs requisitis, ad solennitatem testamentorum, & an legata
pia vel alia sine istis solennitatibus valea[n]t. Cap. XV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41259

¶ Licet doctrina hæc Soti non videatur consonare doctrinæ Nauarri. At vera est in casu iam dicto, de non obligando hæredem ad legata profana testamenti minus solennis soluenda propter rationem iam dictam, quia potest illa in iudicio repetere, ergo & retinere.

¶ Sed in aliis probabilem doctrinam Nauarri esse censeo in additionibus fol. 6. asserentis vt supra diximus quod valet actus coram Deo & in conscientia vbi iure naturali concurrunt necessaria ad valorem illius, quia defectus leuis solennitatis, non annullat actum, licet desit solennitas iuris humani, quia solennitas hæc ideo introducta est, vt id concurreret, quod de iure naturali requiritur. ¶ Vnde infert Nauarrus quod si aliquis perinde doctus esset ac illi sunt qui iure per examinis solennitatem solent prouehi ad doctus gradum, si absque solennitate examinis gradus adeptus fuisset, eius promotio ad gradum in conscientia esset valida. Sed de his satis, nam memini supra fuisse præacta.

¶ De testibus, & alijs requisitis, ad solennitatem testamentorum, & an legata pia vel alia sine istis solennitatibus valeant.

CAP. XV.

a Nuncupatiuum testamentum in re civili perfectissimum sine scriptis & tabulis fieri nequit, cuius præcipua solennitas est subsignatio. argu. l. cum tabula. ff. de bonor. possess. sec. tab.

PRæterea quia materiz huic de legatis, & testamentis consonum est exordium dedisse, & quæ magis quotidie occurrunt scitu necessaria præterisse, Ideo circa solennitatem testamentorum, & si non cuncta, tamen hanc quæstionem illucidemus oportet. Ad solennitatem testamenti: vt faciat fidem in foro exteriori, ad petendam possessionem hæreditatis, quantus & qualis numerus testium requiratur, præsertim secundum specialia nostra iura Hispaniæ? ¶ Pro expeditione quæstionis sit primum dictum, si testamentum cum tabellione publico veniat conficiendum, requiruntur satisq; etiam sunt testes tres testamentum condentem proprijs oculis intuentes & auribus audientes, dummodo eiusdem oppidi, aut ciuitatis sint incolæ, vbi testamentum conditur. ¶ Et hic loquimur de testamento aperto nuncupatiuo appellato inter latinôs.

Q. 1. ¶ Sed quid si tale testamentum apertum, id est nuncupatiuum

cupatium sine tabellione publico conficitur, quot ad eius validitatem testes sint requisiti? ¶ Pro hoc secundo dicimus quod quando tale testamentum nuncupatum. id est, apertum, sine tabellione publico conficitur, ad validitatem eius testes quinque, & ut eius populi, ubi testamentum conditur, sint incolæ, concurrant, exigitur.

Qd. 2.

Qd. 3.

¶ Sed quid si in loco ubi testes haberi, vel inveniri non possint: sit conficiendum testamentum istud apertum id est nuncupatum? ¶ Pro hoc tertio dicimus, quod si in loco ubi tot non suppetunt testes, id est, 5. incolæ loci, testamentum sit condendum apertum v. g. in rure, vel in villis, neq; tabellio possit haberi: requiritur ad minus, conficiendo testamentum ad sint tres testes præsentis, dummodo eiusdem loci vicini sint, ubi conditur testamentum.

Qd. 4.

Qd. 5.

¶ Sed quid si isti tres testes incolæ eiusdem loci inveniri non valeant? ¶ Dicitur pro hoc quarto tunc fat est, si conficiatur testamentum coram 7. testibus etiam non vicinis. Hoc autem de 7. testibus non vicinis, adiecit rex Philippus in lege à se edita Matritij anno. 1566. reliqua supra dicta continentur in l. ordinamenti edita à rege Illephonso. Hæc omnia veniunt summata & incompendium redacta, & iussa servari in recopilatione noua legū nunc denuo edita à serenissimo rege nostro Philippo.

b Cardes oculis possunt facere testam. per observatiorem quam lex D. Iulijni intro duxit, nimirum ut presentibus septem testibus tabulario etia sue condar moderamina voluntatis, quod si tabellaris non reperitur, requiruntur octo. hac consuetissima. §. sed quia. C. que testam. fies ro possunt

¶ Sed quia omnia prædicta servari sunt iussa in testamento aperto, id est, nuncupatio. ¶ Queritur quid nā circa solennitatem in testamento clauso, id est, inscriptis nuncupato observatu sit necessarium? Pro hoc. ¶ Dicitur, 5. in huiusmodi testamento, id est, clauso, 7. testes inter sint necesse esse cum tabellione, qui omnes, ut subscribant simul cum testatore, necesse est, si subscribere nomina sua scierint, quibus nescientibus subscribere sua nomina, testatoremq; hoc quoque nesciente, tunc quidam illorum pro alijs subscribere poterunt, quatenus octo subscriptiones desuper fiant, simul eum tabellionis sigillo.

¶ Sed iam occurrit dicendum in testamento cæci, quæ nā sit observanda necessario solennitas. ¶ Pro hoc dicimus, 6. licet secundum ius cōmune civile in testamento cæci exigatur, ut interueniant 8. testes, inter quos secundū Syluestr. testamen 1. q. 5. computari potest & tabellio, tamen secundum quod cauetur iure Hispanico, & continetur

in

in recopilatione noua legum, in testamento cæci aperto satis est si interuenerint quinq; testes ad minus: ¶ Sed in codicillis etiam quædam solennitas testium super exigatur perstat dicendum ¶ Ideo dicimus. 7. quod in codicillis eadem exigatur solennitas testium, id est quod testium numerus: qui in testamento aperto. i. nuncupatio iure exponitur, taliter quod si testamenta, vel codicilli prædictis solennitatibus testium caruerint in iudicio probationem non faciunt, neque fidem, neque extra, ita lege sua dominus rege Ferdinando, & domina Ioanna regina cauentibus an. domini. 1505. ¶ Septimo addendum diximus quod in testamento testes debent esse rogati, intellige cum expositione, ad quid rogentur, unde non sufficit si fortuito, testamento interfuerint. ° & non debent esse surdi, aut muti, aut infames ° neque mulier in testamento in testem potest admitti, nisi in testamento & legatis ad pias causas. ° Estque communis secundum Iulium Clarum, ita Bald. de sacros. ecclesijs. l. 1. num. 9. Quia etiam ad pias causas dispositio testatoris captatoris. i. quæ dependet ex alieno arbitrio valet, vel si in alterius arbitrium cõfertur.

c. l. heredes palam §. penult. ff. de testament.

d. Inst. §. testes autem de testament. ordinar.

e. Mulier que alioquin in testamento non potest esse testis.

l. Qui testamento §. dum lecturam Innocentij quæ communiter tenetur per mulier. ff. legistas, & canonistas: & per huiusmodi verba, censeretur de testam. in testamento ta-

men pias causa testi

monu di-

cere non va-

tatur. Bar. miltario fecerit, cõ potestate expressa aliqua specialia disponendi, ut meminit lex quinta, si solum, ad cõdendum bñ. possess. testamentum ei facultatem contulerit, tunc intelligatur commissario

testamento testes debent esse rogati, intellige cum expositione, ad quid rogentur, unde non sufficit si fortuito, testamento interfuerint. ° & non debent esse surdi, aut muti, aut infames ° neque mulier in testamento in testem potest admitti, nisi in testamento & legatis ad pias causas. ° Estque communis secundum Iulium Clarum, ita Bald. de sacros. ecclesijs. l. 1. num. 9. Quia etiam ad pias causas dispositio testatoris captatoris. i. quæ dependet ex alieno arbitrio valet, vel si in alterius arbitrium cõfertur.

Ita Barto. in Repet. prædictæ. l. 1. num. 64. estque communis & magis communis canonistarum: licet, id alias lex prohibeat. s. ultimam voluntatem in alienum arbitrium conferri. ¶ Imo etiam si non appareat testatorem expresse ad pias causas testari voluisse, sed simpliciter dixerit committo dispositioni Titij omnia bona mea, fauore tamen pias causæ valet, ac si expresse testatus fuisset ad pias causas. Est casus mirabilis in ea. cum tibi de testamentis secundum lecturam Innocentij quæ communiter tenetur per legistas, & canonistas: & per huiusmodi verba, censeretur institutus hæres ille cuius dispositioni, committitur, & intelligitur grauatus, ut ipsa bona disponat, distribuaturque ad pias causas, ita communiter.

¶ Porrò quasi similis huic videtur esse dispositio, quæ habetur in recopilatione noua legum de testam. l. 6. monu di- vbi sancitur, casu, quo testator hæredem non instituerit, cere non va- neque pro se faciendi testamentum facultatem alicui committatur. Bar. miltario fecerit, cõ potestate expressa aliqua specialia disponendi, ut meminit lex quinta, si solum, ad cõdendum bñ. possess. testamentum ei facultatem contulerit, tunc intelligatur commissario

commissario collata esse facultas, ad testatoris exonerandam conscientiam, eiusque exoluenda debita, & serui-
 tiorum onera, satisfactoque debitis prius, & ad de residua.
 5. parte bonorum computanda ad pia opera, pro defuncti
 anima eleemosynas, vsq; ad quintam bonorum quotam
 expendendam, ita vt quod ex his fuerit reliquum inter
 successuros ab intestato distribuatur. ¶ Quod si consan-
 guineis caruerit predictus testator, tunc commissarius hu-
 iusmodi, dum testatoris coniugi eam quotam contulerit
 quæ secundum regnum Hispaniæ ei attinere videtur,
 residuum pro pijs, & utilibus anime testatoris predicti o-
 peribus erogare teneatur, & non in rem aliam. ¶ Prætere-
 pensandum est quod de iure communi, vt relinquatur le-
 gitima filijs iure, & titulo institutionis oportet, alias testa-
 mentum erit nullum.

¶ At in recopilatione noua legum. l. i. lib. 5. tit. 4. decer-
 nitur quod testamentum sit validum dummodo, supradic-
 ta de testibus fuerit obseruata sollemnitas. Valeat (inquam)
 quoad legata, & cætera in eo contenta, etiam si testator
 hæredem instituerit neminem, tuncque successor ab in-
 testato solutione legatorum, & aliorum complebit. Quo
 reuente adire hæreditatem, nihilominus legata & alia
 inibi contenta valeant, suumque sortiantur effectum. De
 quo supra, sed repetimus hic quo ordo seruetur. Sed reli-
 quæ ad pias causas etiam secundum ius commune non re-
 quiritur in testamento titulo institutionis hæredis edito,
 relinquuntur, vt sint valida, ita Bartolus, ¶ At dubio mo-
 dico non caret an huiusmodi testamenta ad pias causas
 sine titulo institutionis hæredis sustineantur quoad lega-
 ta ibi laicis facta.

f Bar. l. i.
 nume. 62.
 C. de sacr.
 Rationem
 huius ad-
 fert senten-
 tia quod
 talis insti-
 tucio est so-
 lemnitas

¶ Responder Salicetus quod sic. Hanc communem esse
 dicit Gul. & Iasson & additque ab hac sententia non inue-
 nisse aliquem discrepantem, quia ex quo caput testamen-
 ti conualidatur pro pijs, ergo & cætere eius partes valo-
 rem obtinebunt.

tantum et
 uilis non de
 iure gen-
 erum.
 g in hac
 consule si

¶ Sed Iulius Clarus fatetur nunquam sibi hanc opinio-
 nem placuisse. Tum, quia facile sic esset parata via falsitati
 & fraudi, vt considerauit Curtius in eo. §. ex imperfecto,
 tunc quia lex non permittit, sic testari nisi ad pias causas.
 ¶ At in Hispania tenet in legatis etiam profanis.

ma. §. ex
 imperfecto
 nume. 10.
 C. de testa-
 mentis.

¶ Adhuc

*h Hugo de
Celfo i suo
Repertorio
legum, ver-
bo, Testa-
mentum,
vers. 15.*

¶ Adhuc de testamento inter liberos contingit dubitari an confectum sine prædicta solennitate testium sit validum. Cui quæstioni licet satisfecisse mihi visus fuerit olim Hugo ^h de Celfo asserens tale testamentum sine prædicta solennitate testium inter liberos confectum, suum robur, & validitatem obtinere, quia non præsumitur interuentio fraudis, cū sit inter liberos. Sed tamē legata (inquit) facta extraneis in tali testamento condito inter liberos, non valent in foro exteriori. Sed iam arbitror in foro exteriori tale testamentum sine prædicta solennitate testium etiam inter liberos confectum non sustinebitur. Quia in recopilatione noua legum sancitur, seu potius continetur, quod solennitas legis ordinamenti regis Illephonsi desuper contentæ quæ de numero testium loquitur in testamento necessario, intelligatur, & sic in praxi recipiatur, in testamento aperto latine Nuncupatio dicto, si testamentum inter liberos, seu ascendentes legitimus fiat, siue inter hæredes extraneos testamentum condatur. Sed in foro interiori quid? Ar in hoc sententiam Soti supra positam cenfeo amplectendam.

¶ Postremo memoriæ commendato dispositionem specialem contentam in recopilatione legum noua de testa. l. 4. vbi cauetur filium, vel filiam sub potestate patris constitutos, dummodo legitimam ætatem ad condendum testamentum fuerint adepti, condere testamentum posse, perinde ac si extra potestatem patris fuissent constituti, tacere potuissent. Legitimæ ætatis quantum ad hoc attinet censentur esse filij cum 14. annum fuerint adepti, & filia cum 12. annos fuerint assequutæ, ita. l. 13. Thaurina.

*i Nauar.
Sum Lat.
cap. 17. iii.
118.*

¶ Reliqua de materia restitutionis & furti prosequentes addimus id quod Nauarrus ⁱ ait, si acceptum in extrema necessitate fore restituendum, nisi sit res adeo parua, vt præsumatur gratis concessa, quia tamen est contra communem opinionem, vt ipse concedit, moderandum hoc eius assertum esse censemus, iuxta supradictam distinctionem cum supra de hoc egimus.

¶ Præterea animalia domestica in predio suo damnum inferentia, qui occidit aut grauiter percutit, restituere id damni tenetur, quia non est ei ius id faciendi, sed solum

solum expellendi ab eo, vel includendi, donec de damno dato, dominus eius monitus satisfaciatur. [¶] nisi priuilegium, vel consuetudo, vel aliquod statutum contra disponeret. [¶] Porro cultos siluæ communis etiã iuratus aut sola fide adstrictus non peccat, neque restituere tenetur, si dissimulauerit cum cedentibus ligna tali necessitate pressis, quæ à peccato eos excusaret, & non permitteret eis vltra quam talis necessitas exigit, si hanc necessitatem sciret alioquin dubitatio non excusaret, quia in dubio tutiora sunt eligenda capi. ad audientiam de homicidio. sed de hoc plura supra.

De Damni iniurio. a. Etio. consti. tu. per leg. Aquil. §. ceterum. Inst. & in cap. si la. è rit. de iniur. & dāno dato

¶ De præcipientibus, & adiuuantibus ad damnū, quales etiam sunt executores & ministri.

l. Q. Restitut. ff. eo. tit.

C A P. X V I.

l. arg. cap. fin. de consuet. c. priuileg. 3. dist. Et omnes popu. ff. de iust. & iure.

Cætera minutiora circa caput hoc de participantibus in damno dato (licet principaliora supra dicta sint) recurramus oportet, in qua materia Nauar. Licet milites videatur excusare à restituendo in solidum, quia non fuere nisi causa partis actionis, & damni: sicut exēplificauit de socijs Burgonij ducis inualoris Romanæ urbis, sed supra satis abunde disputabimus contra hanc sententiam Nauarri ex mente Soti, & Caietani dicentes quid sit tenendū. Sed & etiam eius sententiã quã eodem capi. & nume. 130. tenet, scilicet quod nullus ex accipientibus minimum, id est razemum, quando vnusquisque eorum ignorauit furta aliorum teneatur restituere (etiã si sic totam vindemiauerint vineã falsam reputamus) sicut talem eam esse, vel certe minus veram Corduba, & Sotus reputant. Neque ratio Nauarri ei suffragatur, quia nullus (inquit) eorum damnum notabile fecit, quia satis est per talia furta minima dominus sit grauitur læsus, vt ad grauem læsionem tollendam, ratione læsionis grauis per omnes simul illatæ, teneatur vnusquisque restituere sublatã partē, cū damnū, rescuerint fuisse graue illatū, vbi & alias fortiores superaddidim⁹ rationes

a Sum. lat. ca. 17. num. 130.

¶ Et quia de participantibus in damno dato, reliquias colligimus, & quia inter participantes refertur iubens, dicimus primo de iubente. Si suo mandato quis indicat

rem